



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae  
Ravenspvrgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E  
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv  
Redivivae**

**Rhay, Theodor**

**Neobvrgi Ad Danvbium, 1663**

VIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10835**

casset, publico etiam *Orbis Christiani* commodo,  
illusterrimum *Præmonstratensium* Ordinem fundasset;  
inuitus ad *Magdeburgensem* *Archipresulatum* eue-  
ctus est, miraculis, prædicatione, & *Vaticano* Spiritu  
plenus, Infulam, quam alij gemmis, ipse virtutibus  
ornauit, à *Familiaribus* non semel dicere audi-  
tus, malle se infernum, quam vel vnicum pec-  
catum veniale admittere, quod Christo illud(ut  
hominum & DEI malum) vnicè displiceat.  
Quo Spiritu ætatéque plenus optabat tenerri-  
mè ad Iesu & Mariæ conspectū quantocvus  
euolare: & euolavit A. C. M.C. XXXIV. VI.  
Junij non sine singulari summæ lætitiae signifi-  
catione debitam necessitati vitam reddendo.  
*Ex eius vita.*

VIII.

**I**n perillustri Essendiensi Ecclesia Translatio S<sup>o</sup>. Marsi Confessoris, cuius CORPVS aurea in hierotheca quiescens, publicæ subinde veneratiōni per annum exponitur. Ex Annal. Per.

VIII.

**M**emoria S. CLODULPHI, ex Mosellano Princeps Episcopi; ex Episcopo Eremicola qui turbas & temporalium negotia fugiens, Silvâ plu-

## P timis

rimis annis abditus, vigilijs item & orationibus  
cælestique meditationi vacans, vitam Angelicam vixit in quo Spiritus Sanctus mirabiliter  
requiescens, varia mortalibus beneficia piè pe-  
tentibus sub ipsius patrocinio, clementer o-  
stendit. *Ex Gelen.*

## XV.

**M**ONS ALCINOI (vulgò Eltenberg) genero-  
sarū Virginū Abbatia hodie gaudet Lipsanis  
& Patrocinio S. Viti, qui contemptis idolis & Dio-  
cletiani promissis, variisque tormentis laceratus  
post tot pugnas egregiè pugnatas caput offeren-  
do Creatori suo, se vivo D E O vivum & immacula-  
tum sacrificium obtulit. Sacrum eius CORPVS un-  
guentis delibutum nobilis Matrona FLORENTIA  
in Marianno religiosè sepelivit. CAPVT eius GAL-  
BIACVM in Julia præcipuo honore colit & pos-  
sedit. *Ex Annalibus Wernerii.*

## XVII.

**S**IGENBERGÆ solemnis Lux S. INNOCENTII  
Sex Thebaorum Sodalitate; cuius CORPVS à S.  
ANNONE Archipræsule Coloniensi vrbi illatum pom-  
pâ omnium Ordinum raro ibi spectatâ. *Ex sa-*  
*crario eiusdem Ecclesiae.*

## XVII.